

sanctus, ut virgo Christi immobilis permaneret. *Oratio.* Exaudi nos Deus, ut supra. 607.

Deinde fit Commemoratio Octavae & Ferae.

DIE XIV. DECEMBRIS.

Septima die infra Octavam Conceptionis beate Mariae.

In primo Nocturno leguntur Lectiones de Scriptura occurrente.

Si autem hac die occurrat Fera iv. Quatuor Temporum, Lectiones primi Nocturni leguntur de Parabolis Salomonis. *Ego sapientia, ut infra.* 612. & ix. Lectio de Homilia Quatuor Temporum, & de ea fit Commemoratio in Laudibus.

In secundo Nocturno, Ex Epistola Sancti Ambrosii Episcopi ad Siricum Papam.

Epist. 81. al. 7.

Lectio iv.

DE via pervertitatis produntur dicere: Virgo concepit, sed non virgo generavit. Potuit ergo virgo concipere, non potuit virgo generare, cum semper conceptus praecedat, partus sequatur? Sed si doctrinis non creditur sacerdotum, credatur oraculis Christi, credatur monitis Angelorum dicentium: Quia non est impossibile Deo omne verbum. Creditur Symbolo Apostolorum, quod Ecclesia Romana intemeratum semper custodit & servat. Auditur Maria vocem Angeli, & quae ante dixerat: Quomodo fiet istud? non de fide generationis interrogans, respondit postea: Ecce ancilla Domini, contingat mihi secundum verbum tuum.

R. Conceptio gloriosae Virginis Mariae ex semine Abrahamae, ortae de tribu Juda, clara ex stirpe David: Cujus vita incluya cunctas illustrat Ecclesias. **V.** Hodie concepta est beata Virgo Maria ex progenie David. Cujus.

Ex libro Sancti Hieronymi Presbyteri adversus Jovinianum.

Ex Apol. ad Pammachium, pro libro adversus Jovinianum in fine.

Lectio v.

Christus virgo, mater virginis nostri virgo perpetua, mater & virgo. Jesus enim clausis ingressus est ostiis, & in petra durissima fuerat excisus, nec antea quis, nec postea positus est. Hortus conclusus, fons signatus: de quo fonte ille fluvius manat juxta Joël, qui irrigat torrentem vel funium, vel spinarum: funium peccatorum, quibus ante alligabamur; spinarum, quae suffocant sementem patrisfamilias. Haec est porta Orientalis, ut ait Ezechiel, semper clausa & lucida, operiens in se, vel ex se proferens Sancta Sanctorum: per quam sol justitiae, & Pontifex noster secundum ordinem Melchisedech ingreditur & egreditur.

R. Cum juvenitate Conceptionem beate Mariae celebramus: Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Jesum Christum. **V.** Corde & animo Christo canamus gloriam in hac sacra solemnitate praecelsae Genitricis Dei Mariae. Ut ipsa.

Ex libro Sancti Irenaei Episcopi & Martyris adversus haereses.

Lectio vi.

Lib. 5. cap. 19.

In sua propria veniente Domino, & sua propria eum bajulante conditione, quae bajulatur ab ipso, & recapitulationem ejus, quae in ligno fuit inobedientiae, per eam quae in ligno est, obedientiam faciente, & seductione illa soluta, qua seducta est male illa, quae jam viro destinata erat virgo Heva; per veritatem evangelizata est bene ab Angelo, jam sub viro virgo Maria. Quae omnium enim illa per angelicum sermonem seducta est, ut effugeret Deum, praevaticata verbum ejus; ita & haec

per

per angelicum sermonem evangelizata est, ut portaret Deum, obediens ejus verbo. Et sicut illa seducta est, ut effugeret Deum; sic haec suasa est obedire Deo, ut virginis Hevae Virgo Maria fieret advocata. Et quemadmodum adstrictum est morte genus humanum per virginem, solvatur per virginem; aqua lance disposita virginis inobedientia, per virginalem obedientiam.

R. Conceptio tua, Dei Genitrix Virgo, gaudium annuntiavit universo mundo: Ex te enim ortus est sol justitiae, Christus Deus noster: Qui solvens maledictionem, dedit benedictionem: & confundens mortem, donavit nobis vitam sempiternam. **V.** Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Ex te enim. Gloria Patri. Qui.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Cap. 1.

Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob. Et reliqua.

De Homilia Sancti Joannis Chrysostomi.

Unde supra, paulo post.

Cujus vero rei gratia librum ipsum generationis Christi vocat, ubi non sola utique generatio, sed tota prorsus ipsius mysterii dispensatio continetur? Quia totius scilicet dispensationis caput, radix atque principium omnium nobis in hoc consistit bonorum. Ut enim Moyses librum caeli appellavit acterrea, cum certe non de caelo solo terraque loqueretur, sed de cunctis quae inter ipsa subsistunt: ita etiam Evangelista ab ipso omnium fonte & capite bonorum librum vocavit.

R. Beatae me dicent omnes generationes: Quia fecit mihi Domini. *Pari Hyemalis.*

nus magna qui potens est, & sanctum nomen ejus. **V.** Et misericordia ejus a progenie in progenies timentibus in fine. Quia.

Lectio viij.

Qua verò de causa non eum ante filium Abrahamae, & postea filium David nuncupavit? Non sicut opinantur aliqui, ab inferioribus volens ad superiora conscendere. Caeterum fecisset quod fecit & Lucas: nunc autem e contrario facit. Cur ergo commemoravit priorem David? Quia ipse ortus est sol justitiae, ob insignem versabatur ore, ob insignem honoris & gloriae, ob ipsius quoque temporis spatia junctiora. Etsi enim utriusque promiserat Deus, sed tamen illud quasi antiquum retinebatur, hoc vero quasi novum & recens ab omnibus celebrabatur.

R. Felix namque es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima: Quia ex te ortus est sol justitiae, & Christus Deus noster. **V.** Ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro advorto femineo sexu: sentiant omnes tuum juvenem, quicumque celebrant tuam sanctam Conceptionem. Quia. Gloria Patri. Christus.

Lectio ix.

Psi namque Judaei dicunt: Nonne ex semine David, & Bethlehemi castello, ubi erat David, venit Christus? Nemo igitur illum filium Abrahamae, sed omnes filium David nominabant: qui etiam honorabiliores postque de sanctitate Reges, qui post David fuisse referuntur, ab illo omnes vocabant. Nec ipsi solum, verum etiam Deus: Nam & Ezechiel & alii Prophetae dicunt, David surrecturum esse eis, atque venturum; non de illo utique mortuo jam loquentes, sed de iis, qui illius virtutem erant imitaturi. Propterea igitur a notiore interim, & celebra-

Qq

tio-

tiorum persona sumit exordium; & tum demum ad antiquiorem recurrit parantem.

Te Deum laudamus. 13.

In Laudibus fit Commemoratio Ferie.

Ad Vesperas Duplex, & omnia dicuntur sicut in primis Vesperis Festi, cum Commemoratio Ferie.

Si dies Octavae Conceptionis beate Mariæ Virginis incidit in Dominicam iij. Adventus, fit Officium de Dominica, hoc modo: Vesperæ de Sabbato præcedenti dicuntur de Ferie, ut in Psalterio, scilicet Antiphona **Benedictus**, Psalmi de Sabbato, & à Capitulo fit de Dominica, cum Commemor. diei Octave, ut in primis Vesperis Festi. Antiphona **Gloriosæ virginis. V. Conceptio est. Oratio.** Famulis tuis, sine Suffragiis consuetis & Precibus propter Octavam.

Sequenti die fit de Dominica prædicta, cum Commemor. Octavæ in Laudibus, & secundis Vesperis, & non dicuntur Suffragia, nec Preces ad Primam, & Completorium.

DIE XV. DECEMBERIS.

Octava Conceptionis B. Mariæ. Duplex.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrunt.

Si autem hac die occurrat Ferialis, Quatuor Temporum, Lectiones primi Nocturni leguntur de Parabolis Salomonis, **Ego sapientia**, ut infra. **612.** & nona Lectio de Homilia Quatuor Temporum, & de ea fit Commemoratio in Laudibus.

In secundo Nocturno.

De expositione Sancti Gregorii Papæ in libros Regum.

Lectio iv.

In 1. Reg. 1.

Fuit vir unus de Ramathaim-sophim, de monte Ephraim. Potest hujus montis nomen beatissima semper virgo Maria, Dei

Génitrix, designari. Mons quippe fuit, quæ omnem electæ creaturæ altitudinem, electionis suæ dignitate transcendit. An non mons sublimis Maria, quæ, ut ad conceptionem æterni Verbi pertingeret, meritum verticem supra omnes Angelorum choros usque ad solum Deitatis erexit? Hujus enim montis præcellentissimam dignitatem Isaias vaticinans, ait: Erit in novissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium fuit, quia altitudo Mariæ supra omnes Sanctos refulsit.

R. Conceptio gloriôsæ Virginis Mariæ ex semine Abrahæ, ortæ de tribu Juda, clara ex stirpe David; Cujus vita inclyta cunctas illustrat Ecclésiâs. **V.** Hodiè concepta est beata Virgo Maria ex progénie David. Cujus.

Ex Epistola Sancti Leonis Papæ ad Pulcheriam Augustam.

Epist. 13. ante medium.

Lectio v.

Sacramentum reconciliationis nostræ ante tempora æternæ dispositum, nullæ implébant figuræ: quia nondum supervenerat Spiritus sanctus in Virginem, nec virtus Altissimi obumbraverat ei, ut & intra intemerata viscera, adificante sibi Sapientia domum, Verbum caro fieret, & formâ Dei ac formâ servi in unam convenientem personam, creaturæ temporum nasceretur in tempore, & per quem facta sunt omnia, ipse inter omnia gignaretur. Nisi enim novus homo, factus in similitudinem carnis peccati, nostram susciperet vetustatem, & consubstantialis Patri, consubstantialis esse dignaretur & matri, naturamque sibi nostram solus à peccato liber uniret; sub jugo diaboli generaliter teneretur humana captivitas.

R.

De Homilia Sancti Joannis Chrysostomi.

Unde supra paulo post.

Duo sunt, quæ pariunt questionem. Unum, quæ causa sit, ut in generationum catalogo Virgo seleatur: alterum vero, quæ ratione Joseph memoretur, cui certe nihil cum Christi generatione est commune. Videtur enim & unum abundare, & alterum desse. Quid ergo dicemus? quod utique primum illud necesse fuerit memorari, quemadmodum ex David Virgo descenderit. Unde hoc itaque dicemus? Audi ad Gabriel loquentem Dominum: Vade ad Virginem desponsatam viro, cui nomen Joseph, ex domo & familia David. Quid vis audire manifestius, eam ex domo & familia David illam Virginem esse cognoscas?

R. Beatam me dicent omnes generationes: * Quia fecit mihi Dominus magna qui potens est, & sanctum nomen ejus. **V.** Et misericordia ejus à progénie in progénies timentibus eum. Quia.

Lectio viij.

Non erat mos apud Hebræos, generationum catalogum per foeminas texere. Ut ergo & morem custodiret (neve in ipso statim principio videretur antiqua destrueret) & nobis virginem certius indicaret; parentes ejus reticens atque majores, de Joseph generatione non taceat. Sive enim hæc fecisset in Virgine, novitatis non effugisset invidiam; sive Joseph reticisset, non agnosceremus ex qua tribu Virgo subsisteret. Ut ergo & nos discerneremus, quæ esset Maria, vel undè, & consuetudo legis permaneret immobilis, generationum catalogum usque ad sponsum ejus perduxit, ac de domo illam David esse monstravit.

Qq 2

R.

R. Cum jucunditate Conceptionem beate Mariæ celebremus: * Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Jesum Christum. **V.** Corde & animo Christo canamus gloriam in hac sacra solemnitate præcelsæ Genitricis Dei Mariæ. Ut ipsa.

De Expositione Sancti Basillii Episcopi in Isaiam Prophetam.

In cap. 8. post initium.

Lectio vi.

Accessi, inquit, ad prophetisam, & in utero accepit, & peperit filium. Quod Maria prophetisâ fuerit, ad quam proxime accessit Isaias per prænotionem spiritus, nemo contradixerit, qui sit memor verborum Mariæ, quæ prophético afflata spiritu elocuta est. Quid enim ait? Magnificat anima mea Dominum, & exultavit spiritus meus in Deo salutari meo: quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quod si animum accommodaveris universis ejus verbis, non utique contentiosè negaveris eam fuisse prophetisam, quod Domini Spiritus in eam supervenerit, & virtus Altissimi obumbraverit ei.

R. Conceptio tua, Dei Génitrix Virgo, gaudium annuntiavit universo mundo: * Ex te enim ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster: * Qui solvens maledictionem, dedit benedictionem: & confundens mortem, donavit nobis vitam sempiternam. **V.** Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Ex te enim. Gloria Patri. Qui.

In tertia Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij.

Cap. 1.

Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob. Et reliqua.

R. Felix namque es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima: * Quia ex te ortus est sol justitiae, * Christus Deus noster. **V.** Ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu: sentiant omnes tuum juvamen, quicumque celebrant tuam sanctam Conceptionem. Quia ex te, Gloria Patri, Christus Deus.

Lectio ix.

Hoc enim declarato, illud quoque pariter ostendit, quod scilicet inde esset & virgo; quia utique nequaquam justus iste patreretur uxorem sibi aliunde, quam unde lex praecipiebat, eligere. Possumus vero aliam quoque & altiorum quidem proferre rationem, ob quam parentes Virginis praemissae sunt. Sed quae ea est, nolumus Evangelista recenti adhuc tempore novi illius admirandique partus Judaeis esse manifestum, quod Christus natus fuisset ex Virgine. Neque proprius noster hic sermo est, sed a nobis de patrum atque insignium virorum traditione susceptus.

Te Deum laudamus. 13.

In Laudibus fit Commem. Feriae. In secundis Vesperis fit Commemoratio S. Eusebii Episcopi & Martyris, ut infra. 613.

SEQUENTES LECTIONES

Dicuntur infra Octavam Conceptionis in primo Nocturno die xiv. vel xv. Decembris, quando in illis occurrit Feria quarta Quatuor Temporum.

In primo Nocturno.

De Parabolis Salomonis.

Lectio j. Cap. 8. v. 6 & 9.

Ego sapientia habito in consiliis, & eruditus internum cogitationibus. Timor Domini odit malum: arrogantiam, & superbiam, & viam pravam, & os bilingue detestor. Meum est consi-

lium, & aequitas, mea est prudentia, mea est fortitudo. Per me reges regnant, & legum conditores justa decernunt. Per me principes imperant, & potentes decernunt justitiam. Ego diligentes me, diligo: & qui mane vigilans ad me, invenient me.

R. Hodie concepta est beata Virgo Maria ex progenie David: * Per quam salus mundi credentibus apparuit, cujus vita gloriosa lucem dedit saeculo. **V.** Conceptionem beatae Mariae Virginis cum gaudio celebramus. Per quam.

Lectio ij.

Mecum sunt divitiae, & gloria, & opes superbae, & justitia. Melior est enim fructus meus auro, & lapide pretioso, & gemina mea argenteo electo. In viis justitiae ambulabo, in medio semitarum iudicii, ut ditem diligentes me, & thesauros eorum repleam. Dominus possedit me in initio viarum suarum antequam quidquam faceret à principio. Ab aeterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret. Non dum erant abyssi, & ego jam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperant: necdum montes gravi mole constiterant: ante colles ego parturiebar.

R. Beatissimae Virginis Mariae Conceptionem devotissime celebramus. * Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Jesum Christum. **V.** Cum iuventute Conceptionem beatae Mariae Virginis devotissime celebramus. Ut ipsa.

Lectio iij.

Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad postes ostii mei. Qui me invenerit, inveniet vitam, & haeriet salutem à Domino: qui autem in me peccaverit, laedet animam suam. Omnes,

nes, qui me oderunt, diligunt mortem. Sapientia aedificavit sibi domum, excidit columnas septem. Inmolavit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam. Misit ancillas suas ut vocarent ad arcem, & ad moenia civitatis: Si quis est parvulus, veniat ad me. Et insipientibus locuta est: Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis.

R. Gloriosa Virginis Mariae Conceptionem dignissimam recolamus; * Cujus Dominum nunciante suscepit, quae Angelo nunciante concepit Salvatorem mundi. **V.** Beatissimae Virginis Mariae Conceptionem devotissime celebramus. Cujus. Gloria Patri. Cujus.

DIE XVI. DECEMBRIS.
In Festo Sancti Eusebii Episcopi, & Martyris.
Semiduplex.

Omnia de Communi unius Martyris, xxij. praeter ea quae hic assignantur.

Oratio.

Deus, qui nos beati Eusebii Martyristi atque Pontificis annua solemnitate laetificas: concede propitius; ut cujus natalitia colimus, de ejusdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum.

Fit Commemor. Feriae Adventus.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Eusebius natione Sardu, Romane Urbis Lector, post Vercellensis Episcopus, ad hanc regendam Ecclesiam merito est creditus divino electus iudicio: nam quem nunquam ante constituit electores cognoverant, posthabitis civibus, simul ut viderunt, & probaverunt, tantumque interfuit, ut probareretur, quantum ut videretur.

Primus in Occidentis partibus in eadem Ecclesia eosdem Monachos instituit esse, quos Clericos, ut esset in ipsis viris, & contemptus rerum, & accuratio Levitarum. Ariani impietatis ea tempestate per Occidentem longe, lateque traductis, adversus eas viriliter sic dimicavit, ut ejus invicta fides Liberium Summum Pontificem ad vitae solatium erigeret. Quare hic sciens, in ipso fervere Spiritum Dei, cum ei significasset, ut penes Imperatorem una cum suis legatis patrocinium fidei susciperet, mox cum illis profectus est ad Constantium, apud quem enixus agens, quidquid legatione petebatur, obtinuit, ut Episcoporum nempe ceteros celebraretur.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & a seductoribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem aeternam. **V.** Descenditque cum illo in foetum: & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

Lectio v.

Collectum est Mediolani anno sequenti Concilium, ad quod à Constantio invitatum Eusebium, conceptumque, ac vocatum à Liberii legatis, tantum abest, ut malignantium Synagoga Ariarum contra Sanctum Athanasium fuerent in suas partes addiceret, ut potius diserte statim ipse declarans, è praesentibus quosdam sibi compertos haereticam labe pollutos, Nicenam imò fidem proposuisset iis subscribendam, antequam caetera tractarentur. Quod Ariani acerbe iratis negantibus, necdum in Athanasium recusavit ipse subscribere, qui decipus ab ipsis subscripserat, captivatum simplicitatem ingeniosissime liberavit. Quamobrem illi graviter indignantes, post

multas illatas injurias, exilio illum mulctarunt: sed sanctus vir excusso pulvere, nec Cesaris minas veritus, nec enses obstrictos, exilium veluti sui ministerii officium accepit; missusque Scythopolim, famem, sitim, verbera, diversaque supplicia perpessus, pro fide strenue vitam contempsit, mortem non metuit, corpus carnicibus tradidit.

R. Desiderium anime ejus tribuisti Domine, ***Et** voluntate laborum ejus non fraudastium. **V.** Quoniam pravenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Et.

Lectio vi.

Quanta in eum tunc Ariadorum crudelitas fuerit, ac effrons invecundia, ostendunt graves littere plenae roboris, pietatis, ac religionis, quas et Scythopoli scriptis ad Vercellensem Clerum, & populum, aliosque finitimos, et quibus etiam est exploratum, ipsorum nec minis, inhumanaque savitia potuisse unquam eum deterreri, nec serpentina blandi subtilitate ad eorum societatem perducere. Hinc in Cappadociam, postremoque ad superiores Egypti Thebaidas prae constantia sua deportatus, exilii rigores tulit ad mortem usque Constantii, post quem ad gregem suum reverti permixtus, non prius redire voluit, quam reparandis fidei jacturis ad Alexandrinam Synodum sese conferret; postque Medici praestantis instar peragrans Orientis provincias, in fide infirmos ad integram valetudinem restitueret, eos insituens in Ecclesiae doctrina. Inde salubritate pari digressus in Illyricum, tandemque in Italiam delato, ad ejus reditum lugubres vestes Italia mutavit; ubi postquam Psalmorum omnium expurgatos et se commentarios Origenis edidit, Eusebique Caesariensis, quos verterat de Gr-

co in Latium, demum tot egregie factis illustri ad immarcescibilem gloriae coronam tantis arumnis promeritam sub Valentiniano, & Valente Vercellis migravit.

R. Stola jucunditatis induit eum Dominus: ***Et** coronam pulchritudinis posuit super caput ejus. **V.** Cibavit illum Dominus pane vitae & intellectus: & aqua sapientiae salutaris potavit illum. Et coronam, Gloria Patri, Et.

In tertio Nocturno Homilia Sancti Gregorii Papae in Evangelium Si quis vult post me venire ut in Communi unius Martyris secundo loco. xxxiiij.

R. viij. Domine pravenisti. xxxj. In Laudibus fit Commemoratio Adventus.

De Vigilia Sancti Thomae Apostoli nihil fit nisi in Missa.

DIE XXI. DECEMBRIS.
In Feste Sancti Thomae Apostoli Duplex.

Omnia de Communi Apostolorum, j. exceptis his quae hic sunt propria.

Ad Magnificat in utrisque Vesperis, & ad Benedictus in Laudibus Antiphona. Quia vidisti me, Thomas, creditisti: beati, qui non viderunt, & crediderunt, alleluia.

Oratio.
DA nobis, quaesumus Domine, beati Apostoli tui Thomae solemnitatibus gloriarum: ut ejus semper & patrocinis sublevemur, & fidem congrua devotione sectemur. Per Dominum nostrum.

Deinde pro Commemoratione Adventus Antiphona. O clavis David, & sceptrum domus Israel, qui aperis, & nemo claudit claudis, & nemo aperit: veni, & educ vincitum de domo car-

ce-

ceris, sedentem in tenebris, & umbra mortis. **V.** Rorate caeli de super, & nubes pluant justum. **R.** Aperiatur terra, & germinet Salvatorem.

Oratio ut in Adventu.

Si contingat Festum transferri in secundam Feriam, tunc dicitur alia subsequens Antiphona O oriens, splendor lucis aeternae, & sol justitiae: veni, & illumina sedentes in tenebris, & umbra mortis. **V.** Rorate.

In primo Nocturno Lectiones de Epistola prima ad Corinthios Sic nos existimet, de Communi Apostolorum. vi.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Thomas Apostolus, qui & Dydimus, Galileus, post acceptum Spiritum sanctum in multas provincias profectus est ad praedicandum Christi Evangelium: Parthis, Medis, Persis, Hyrcanis, & Bactris Christianae fidei, & vitae praecipua tradidit. Postremo ad Indos se conferens, eos in Christiana religione erudit. Qui ad extremum vitae, doctrinae magnitudo, & miraculorum magnitudine, cum caeteris omnibus sui admirationem, & Jesu Christi amore commovisset; illius gentis Regem, idolorum cultorem, magis ad iram accendit: ejus sententia condemnatus, telisque confossus, Calaminae Apostolatus honorem martyrii corona decoravit.

R. Vidi conjunctos viros habentes splendidas vestes, & Angelus Domini locutus est ad me, dicens: ***Isti** sunt viri sancti, facti amici Dei. **V.** Vidi Angelum Dei fortem, volentem per medium caelum, voce magna clamantem, & dicentem. Isti sunt.

Sermo Sancti Gregorii Papae. Homilia 30. in Evang. post medium.

Lectio v.

Scriptum est: Spiritus Domini ornavit caelos. Ornamenta enim caelorum sunt virtutes praedicantium. Quae videlicet ornamenta Paulus enumerat, dicens: Alii datur per Spiritum sermo sapientiae, alii sermo scientiae secundum eundem Spiritum, aliter fides in eodem Spiritu, alii gratia sanitatum in uno Spiritu, alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alia genera linguarum, alii interpretatio sermonum. Haec autem omnia operatur unus atque idem Spiritus dividens singulis prout vult.

R. Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos, mentientes, propter me: ***Gaudete**, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis. **V.** Cum vos oderint homines, & cum separaverint vos, & exprobraverint, & ejecerint nomen vestrum tanquam malum propter Filium hominis. Gaudete.

Lectio vi.

Quot ergo sunt bona praedicantium, tot sunt ornamenta caelorum. Hinc rursus scriptum est: Verbo Domini caeli firmati sunt. Verbum enim Domini Filius est Patris. Sed eisdem caelos, videlicet sanctos Apostolos, ut tota simul sancta Trinitas ostendit operata, repente de sancti Spiritus divinitate adjungitur: Et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum. Caelorum ergo virtus de Spiritu sumpta est: quia mundi hujus potestatibus contraire non praesumerent, nisi eos sancti Spiritus fortitudo solidasset. Quales namque doctores sanctae Ecclesiae ante adventum hujus Spiritus fue-

Qq 4

rint,

rint, scimus: & post adventum illius cuius fortitudinis facti sint, conspiciamus.

R. Isti sunt triumphatores, & amici Dei, qui contemnentés iussa principum, meruerunt præmia æterna:

P. Modo coronantur, & accipiunt palmam. **V.** Isti sunt qui veniunt ex magna tribulatione, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. Modò coronantur. Gloria Patri. Modò coronantur.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vii. Cap. 20. f

In illo tempore: Thomas unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Iesus. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorii Papæ.

Ex Homilia 26. in Evang. post medium.

Quid fratres charissimi, quid inter hæc animadvertitis? Numquid casu gestum creditis, ut electus ille discipulus tunc deesset, post autem veniens audiret, & audiens dubitaret, dubitans palparet, palpans crederet? Non hoc casu, sed divinâ dispensatione gestum est. Egit namque miro modo superna clementia, ut discipulus ille dubitans, dum in magistro suo vulnera palparet carnis, in nobis vulnera sanaret infidelitatis. Plus enim nobis Thomæ infidelitas ad fidem, quam fides credentium discipulorum profuit: quia dum ille ad fidem palpando rediit, nostra mens omni dubitatione postposita, in fide solidatur.

R. Isti sunt qui viventes in carne, plantaverunt Ecclesiæ sanguine suo: Calicem Domini bibērunt, & amici Dei facti sunt. **V.** In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Calicem Domini.

Lectio viii.

Sic quippè discipulum Dominus post resurrectionem suam dubitatione permisit, nec tamen in dubitatione deseruit: sicut ante natiuitatem suam, habere Mariam sponsum voluit, qui tamen ad eius nuptias non pervenit. Nam ita factus est discipulus dubitans & palpans testis veræ resurrectionis, sicut sponsus matris fuerat custos integerrime virginittatis. Palpavit autem, & exclamavit: Dominus meus, & Deus meus. Dicit ei Iesus: Quia vidisti me, credidisti. Cum Paulus Apostolus dicat: Est autem fides sperandarum substantiarum, argumentum non apparentium: profectò loquetur, quia fides illarum rerum argumentum est, quæ apparere non possunt. Quæ etenim apparent, iam fidem non habent, sed agnitionem.

R. Isti sunt viri sancti, quos elegit Dominus in charitate non ficta, & dedit illis gloriam sempiternam: Quorum doctrinâ fulget Ecclesiâ, ut sole luna. **V.** Sancti per fidem victerunt regna, operati sunt iustitiam, Quorum. Gloria Patri. Quorum.

Lectio ix.

Dum ergo vidit Thomas, dum palpavit, cur ei dicitur: Quia vidisti me, credidisti? Sed aliud vidit, aliud credidit. A mortali quippè homine divinitas videri non potuit. Hominem ergo vidit, & Deum confessus est, dicens: Dominus meus, & Deus meus. Videndo ergo credidit, qui considerando verum hominem, hunc Deum, quem videre non poterat, exclamavit. Lætificat valde quod sequitur: Beati qui non viderunt, & crediderunt. In qua nimirum sententia nos specialiter signati sumus, qui eum, quem carne non vidimus, mente retinemus. Nos signati sumus: sed si fidem nostram operibus sequimur. Ille etc.

etenim verè credit, qui exercet operando quod credit.

Te Deum laudamus. 13.

Si verò hoc Festum occurrit in Quatuor Temporibus, nona Lectio legitur de Homilia illius Feriæ.

Pro Commemoratione Adventus Añæ. Nolite timere: quinta enim die veniet ad vos Dominus noster.

Si hoc Festum transferatur, tunc Antiphona Nolite timere, dicitur ad Benedictus, in Dominica, loco Antiphonæ Ave Maria, & in Officio S. Thomæ pro Commemoratione Adventus ponitur Antiphona Feriæ secundæ Dicit Dominus: Poenitentiam agite: appropinquavit enim regnum cælorum, alleluia. **V.** Vox clamantis in deserto, parate viam Domini. **R.** Rectas facite semitas eius.

Oratio ut in Adventu.

FESTA JANUARIi.

Prima die non impedita dicitur Officium Defunctorum. xlvj.

DIE XI. JANUARIi.

S. Hygini Papæ & Mart. fit Commemoratio infra Octavam Epiphaniæ.

Ad Vesperas Añæ. Iste sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, & à verbis impiòrum non timuit: fundatus enim erat supra firmam petram. **V.** Gloriâ & honore coronasti eum Domine. **R.** Et constituiti eum super òpera manuum tuarum.

Oratio.

Infirmittatem nostram respice omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actionis gravat, beati Hygini Martyris tui atque Pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum nostrum.

Ad Laudes Antiphona. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. **V.** Iustus, ut palma florèbit. **R.** Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio. Infirmittatem, ut suprâ.

DOMINICA II.

Post Epiphaniam.

IN FESTO SS. NOMINIS JESU.

Duplex.

Occurrit Dominica Septuagesimæ, reponitur hoc Festum (quoad Officium) in diem xxviii. Januarii tamquam in sedem propriam cum ix. Lectione & Commem. in Laudibus tantum S. Agnetis secundò. (Ita Sac. Rit. Congr. 5 Maii 1736.)

Sed adventum est, quod in fine **V.** **R.** & Antiphonarum, omittendum erit Alleluia. Similiter & in **R.** brevibus Horar. quia erit post Septuagesimam.

Quando vero ob Festum SS. Nominis Jesu contingat transferri aliud Officium Duplex ij. clas. inferioris Dignitatis, de eo debet fieri prima die non impedita. (Ita Sac. Rit. Congr. 27. Junii 1736.)

Ad Vesperas Antiphona.

Omnis, qui invocaverit nomen Domini, salvus erit. Psalmus Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica, 100. & loco ultimi, Psalmus Credidi. 103. Añæ. Sanctum, & terribile nomen ejus: initium sapientiæ timor Domini. Añæ. Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Jesu meo. Añæ. A solis ortu usque ad occasum, laudabile nomen Domini. Añæ. Sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini invocabo.

Capitulum.

Philip. 2.

Fratres, Christus humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen: ut in nomine Jesu omne genu flectatur.

Hymnus.

Jesu, dulcis memoria,
Dans vera cordi gaudia:
Sed super mel & omnia,

Ejus